



CLARISSIMIS ET
AMPLISSIMIS VIRIS, ET
Magnificis Dominis, Dominis suis
Syndicis, Senatuique inclytæ
vrbis Geneuæ,

LAMB. DANÆVS.



VÆ sunt potissimum causæ, Magnifici Domini, quæ me cur has meas in Augustinum commen-
tationes vobis dedicarem, impulerunt, vestrorum erga me beneficiorū recordatio,
atque utilissimum ipsius libri argumentum. Nam
quum ante actæ vitæ meæ rationem in eo, & me-
cum, sicuti par est, expendo, qua via Domino
Patri misericordiarum placuerit me primum ex
illis horrendis idololatriæ tenebris ad saluta-
rem Euangeliū sui lucem traducere, plurimum
me vobis, ac quantum ne parentibus quidem
ipsis debere ingenuè profiteor. Quanquam enim
parentum in liberos beneficiū est omnino ingens,
& quantū à liberis nūquā satis pro dignitate vel
ognosci, vel rependi posse fatendū est: longè tamen

† ij